

*Pius II. an alle Christgläubigen. Er verkündet, dass Hr. Sigismund und seine Anhänger durch die von ihnen eingelegten und bezeugten Appellationen an ein künftiges Konzil gemäß der inserierten Bulle ‚Execrabilis‘ vom 18. Januar 1460 in schwere Kirchenstrafen gefallen seien. Allen Klerikern wird befohlen, die Kirchenstrafen öffentlich zu verkünden. Künftige Appellationen werden mit denselben Sanktionen belegt.*

Or., Perg. (Bulle an Seidenschnur): BOZEN, StA, U 61 (Lade 3 Nr. 9 S.)<sup>1)</sup>

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StB, Cod. Cus. 221 p. 51-57<sup>2)</sup>; BOZEN, StA, Cod. 3 (Acta Concordiae) p. 148-161<sup>3)</sup>; ebd., Cod. 4 p. 64-69; ebd., Cod. 6 p. 31-33; DRESDEN, HStA, 10024, Geheimer Rat (Geheimes Archiv) Locat 7384/2 f. 200<sup>4)</sup>; MÜNCHEN, StB, Clm 23783 f. 151<sup>v</sup>-153<sup>r</sup>; NEW HAVEN, CONN., Yale Univ. Libr., ms. 188 f. 10<sup>r</sup>-18<sup>r</sup>; ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 478 f. 150<sup>r</sup>-152<sup>v</sup><sup>4)</sup>; ROM, BAV, Ottob. lat. 1834 f. 133<sup>v</sup>-135<sup>v</sup><sup>5)</sup>; (J. Resch, 18. Jh.): BRIXEN, Priesterseminar, Ms. D 11 p. 459f. (unvollständig).

Druck: Raynaldus, *Annales ecclesiastici a.a. 1460*, 232f. Nr. 35f. (Auszüge); Lünig, *Das Deutsche Reichs-Archiv XX* 44of. Nr. 231 (Auszüge); Picotti, *Pubblicazione* 50-56.

Regest: Lichnowsky, *Geschichte des Hauses Habsburg VII*, CCCXVI Nr. 443; Jäger, *Regesten I* 328 Nr. 350; Brosius/Scheschkewitz, RG VIII 727 Nr. 3215.

Erw.: Jäger, *Streit II* 146; Voigt, *Enea Silvio III* 378; Joachimsohn, *Gregor Heimb erg* 194; Picotti, *Execrabilis* 13, 17; Pastor, *Geschichte der Päpste II* 80 Anm. 2, 147f.; Jedin, *Geschichte des Konzils von Trient I* 52; Bäumer, *Nachwirkungen* 138; Schneider, *Konziliarismus als Problem* 87; Gismann, *Beziehungen* 644 Anm. 191; Baum, *Nikolaus Cusanus in Tirol 463; Schedario Baumgarten IV* 79 Nr. 7526; Becker, *Appellation* 170f.; Becker, *Streit der Juristen* 94; Walther, *Konziliarismus als politische Theorie* 36; Walther, *Ekklesiologische Argumentationen* 316; H. Tietze, *Die Bulle Execrabilis Pius' II. aus dem Jahr 1460 und ihre Auswirkungen auf die Konzilsappellationen in der zweiten Hälfte des 15. Jahrhunderts*, in: *Concilium medii aevi* 12 (2009) 205-223, hier 223; Cossandi, *Dieta di Mantova 146*; A. Cadili, *The Legacy of the Council*, in: M. Decaluwe u.a. (Hg.), *A Companion to the Council of Basel* (Brill's companions to the Christian tradition 74), Leiden 2016, 469-501, hier 484f.

Unser Text folgt dem Bozner Original.

Pius episcopus servus servorum dei universis Christifidelibus salutem et apostolicam benedictionem.

Infructuosos palmites de vinea domini sollerti cura amputantes assidue<sup>6)</sup>, licet nuper in Mantuano conventu constituti venenosam Sathane novitatem contra apostolice sedis obedientiam et ecclesie claves sub appellationis specie excogitatam matura et provida deliberatione, ne catholicas mentes inficeret, damnaverimus et providerimus super hoc oportune, ut apostolicis nostris litteris desuper confectis, continentur in hac forma: (*Es folgt als Insert die Bulle ‚Execrabilis‘ vom 18. Januar 1460.*)<sup>7)</sup>

Non minus tamen post huius nostre constitutionis publicationem decimanona die januarii proxime preteriti mensis factam unus inventus est Sigismundus ex Austrie principibus, homo omni impietate maculosus, qui ob hostilem persecutionem dilecti filii nostri Nicolai tituli sancti Petri ad vincula presbiteri cardinalis et episcopi Brixinensis in sanctissimo Pasche die (13. April 1460) sacrilego furore perpetrata, 10 omni divino et humano iure flagellante et cogente cum suis satellitibus et complicibus scelerati sacrilegii sociis anathematis, lese maiestatis crimen, perpetue infamie, banni, diffidationis, privationis honoris, ecclesiasticorum feudorum confiscationisque bonorum ceterasque iuris penas et censuras post longam expectationem et legitimum processum octava die mensis augusti etiam noviter elapsi per nostram sententiam in civitate Senarum incidisse declaratus, veluti nostris super hoc confectis litteris habetur.<sup>8)</sup> 15

Eludendorum canonum proposito et iudicii declinandi intentione utque simplicium animas secum abduceret ad infernum utque contra Romanam ecclesiam quam multos incitaret, ab huiusmodi nostra irrefragabili sententia, et prius per nos contra eum emisso monitorio<sup>9)</sup> atque iam in eum latis iuris penis, unam tertiadecima die dicti mensis augusti et deinde aliam<sup>10)</sup> et sic dudum post duos menses a die facte publicationis constitutionis nostre prefate<sup>11)</sup> appellationes pretensas, frivolas, inanes, damnatas heresique 20 et contumeliis plenas temerario ausu etiam coram notario et testibus interponere non erubuit easque multarum civitatum Ytalie et Almanie ecclesiarum valvis, ut ad omnium devenirent notitiam, notorie et publice affigi fecit et ibidem publicavit, inter cetera continentis Sigismundum ipsum a nobis ad futurum

6) hac: a.R. in Cod. Cus. 221: Ne ad futurum concilium appelletur, constitucio Mantuana.

Romanum pontificem vel generale concilium institutum vel instituendum ac tandem ad universum  
25 populum Christianum et, ut suis verbis utamur, ad illum, qui sibi misereri velit, aut illos, qui iusticiam  
inferioris contra superiores in ipsos incandescentes ament<sup>12)</sup>), pro se et suis subditis ecclesiasticis et  
secularibus eiusque adherentibus et fautoribus, ut in sua perversitate perduraret, in scriptis appellasse,  
prout de hoc nobis plenissime constat et notorum existit. Sed delirus iste omnino non attendebat magis  
30 per hec illaqueari, dum eum se ex damnatissimis huiusmodi appellationibus penas iuris, in quas eo ipso  
inciderat, ex hostili notoria cardinalis persecutione evasisse putaret, se ipsum iterum in non minores  
penas et censuras in dicta nostra constitutione contentas sic appellando precipitavit. Mentita utique sibi  
est iniquitas, adeo quod nunc in propositi sui contrariam partem cadendo, nemini dubium reliquit, quin  
excommunicationis, lese maiestatis aut fautorie heresis criminibus innodatus existat.

Huiusmodi igitur actus Sigismundi, cum, ut prefertur, nobis constent et notorii sint, nos officii nostri  
35 debitum exercentes, eundem Sigismundum necnon Gregorium de Hamberg<sup>13)</sup> utriusque iuris, Antonium  
filium magistri Berardi de Chisia in cirolgia et medicina doctores, Nicolaum de Albocastro in decretis  
licenciatum, Udalricum Preys, Bernhardum de Landaw, Stephanum Steinhorn<sup>14)</sup>, canonicum Brixinen-  
sem, Jacobum ze Reyn, militem, ac Marcum Ameling, presbiteros et laycos Herbipolensis, Aburtine,  
Spirensis, Augustensis et Basiliensis diocesum se nominantes et pro testibus in dictis pretensis appellationo-  
40 nibus descriptos ac etiam Martinum Marquardi, clericum Warmiensis diocesis, qui ut notarius earundem  
pretensarum appellationum pretense interpositioni interfuit, excommunicationis sententiam, a qua, nisi  
per Romanum pontificem et in mortis articulo, absolvı non possint, ac penas et censuras, quas rei  
criminis lese maiestatis et heretice pravitatis fautores incurre dinoſuntur, unacum omnibus, qui  
45 scienter ad interpositionem appellationum huiusmodi, etiam si imperiali, regali vel pontificali prefulgeant  
dignitate, eorum nomina et cognomina pro sufficienter expressis habentes, auxilium dederunt, consilium  
vel favorem, damnabiliter incurrisse, et si universitates vel collegia fuerint, ecclesiastico ea subiacere  
interdicto, apostolica auctoritate declaramus per presentes.

Universis et singulis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, prepositis, decanis,  
ecclesiarum parochialium rectoribus, cappellanis ceterisque presbiteris et clericis ubique in ecclesia  
50 catholica constitutis in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandamus, quatinus post notitiam  
presentium seu eorum transumptorum sive copiarum Sigismundum et alios prenominatos sic excommu-  
nicationis sententiam criminis lese maiestatis et fautorie heresis penas et censuras incurrisse ac taliter  
declaratos cum adherentibus antedictis in eorum ecclesiis, monasteriis et capellis infra divinorum  
solemnia et coram populi fidelis multitudine nominatim et publice denunciant ac denunciari et taliter  
55 declaratos ab omnibus Christifidelibus arctius evitari faciant. Verum, si fortasse Sigismundus ipse  
vesaniam et errorem eius continuans alias in futurum etiam a presentibus vel aliis nostris litteris  
sceleratas ut prius diabolo instigante similes appellationes interposuerit, quotiens id fecerit, totiens  
eundem cum testibus et notariis suis dictas penas nostre constitutionis Mantuane denuo incidisse et  
60 ligatum fore denunciari et publicari debere absque aliis nostris litteris quibuscumque harum serie dicta  
auctoritate precipimus antedictis.

Et ut celerius deinceps huiusmodi periculis presumptionibus obvietur, hac nostra constitutione  
perpetuo valitura volumus ac dictis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, prepositis,  
decanis, ecclesiarum parochialium rectoribus, presbiteris et clericis etiam in virtute sancte obedientie  
districte iniungimus et mandamus apostolica auctoritate, ut quamprimum de cetero contra prefatam  
65 nostram constitutionem Mantuanam quemquam spiritu diabolico cuiuscumque dignitatis, gradus vel  
excellentie, etiam regalis, reginalis aut pontificalis aut alterius ecclesiastice vel secularis, sic ut prefertur,  
appellasse constiterit, illum mox nullo alio apostolico expectato mandato in ipsas penas prefate  
nostre constitutionis incidisse denunciant et publicent atque denunciari et publicari ac evitari faciant.  
Necnon, ubi tales appellationes affixas cognoverint, illas ammoveant ac ut libellum famosum de heresi  
70 condemnatum coram populo igne combure procurent atque appellantes illos dictas penas damnabiliter  
incurrisse promulgant.

Preterea, cum Sathane malitiosa perversitas mundo maligno posito non tam cito ab insania conque-  
scet, sed omnibus pocius modis sancte ecclesie unitatem subvertere molietur, et quod una via prohibebi-  
tur, alia attemptabit, idcirco volumus, quod si fortasse dicte nostre constitutionis metu in casu talis  
75 subterfugii concilium futurum non nominando a Romano pontifice ad ei inferiorem vel futurum pontifi-  
cem sumnum cuiuspiam iniquitas appellare presumpserit, et harum appellationum pretextu per censuras  
et penas a iure vel apostolica sede latas se ligatum non fore crediderit huncque errorem in censorum

contemptum in inobedientie perfidia ostenderit, talis, etiam si regali, reginali, pontificali aut alia quavis ecclesiastica vel mundana dignitate prefulgeat, cum non minus de ecclesie clavium auctoritate et sancte Romane sedis obedientia quam ad futurum concilium quomodolibet appellantes male sentire se declareret, 80 ut talis etiam in preinserte nostre constitutionis penas incidat eo ipso, atque ita publicetur eviteturque et denuncietur ubique per predictos.

Cum autem grave sit, has nostras litteras originales ad omnes partes fidelium, ubi de eis necesse fuerit perduci, volumus similiter et decernimus, quod earum transumpta sub sigillo alicuius prelate aut officialis episcopi cum manu publici notarii subscripta ubique fidem faciant et illis stetur in iudicio ac extra, ac si 85 hee nostre originales littere exhibite fuerint vel ostense. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum declarationis, precepti, constitutionis, mandati, voluntatis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadragesimo sexagesimo, quarto nonas novembbris, pontifi- 90 catus nostri anno tertio.

<sup>1)</sup> Auf der Plika: De curia. D. de Piscia (= *Dominicus de Pacinis de Piscia, apostolischer Schreiber*). Auf der Rückseite: Registrata in camera apostolica. G. de Vulterriss.

<sup>2)</sup> Abschrift von der Hand des Notars Hieronymus de Molendino aus Belluno; s.o. Nr. 6281 Anm. 2. Über dem Text von der Hand des Peter von Erkelenz: Hic Sigismundus et certi alii declarantur incidisse penas fautorie heresis. Die Randnotizen sind im Apparat vermerkt.

<sup>3)</sup> Über dem Text: Copia bulle, in qua Sigismundus declaratur incidisse penas constitutionis Mantue.

<sup>4)</sup> Alte Foliierung: f. 148<sup>v</sup>-150<sup>r</sup>. Unter dem Text: De curia. B. de Janua. Fuit expedita similis duplicita scripta per D. de Piscia (s.o. Anm. 1).

<sup>5)</sup> Mit Datum 2. Dezember 1460. Über dem Text: Bulla pape Pii secundi, quod non est licitum appellare ad futurum concilium.

<sup>6)</sup> Vgl. Jes. 5,1-7; Mt. 18,8.

<sup>7)</sup> Pius II., Bulle „Excrcabilis“ (1460 Januar 18, Mantua). Druck: C. Cocquelines, *Bullarum, privilegiorum ac diplomatum Romanorum Pontificum amplissima collectio*, Bd. III 3, Rom 1743, 97f.; A. Tomassetti/F. Gaude, *Bullarum, diplomatum et privilegiorum sanctorum Romanorum pontificum Taurinensis editio*, Bd. V, Turin 1860, 149f.; Picotti, *Pubblicazione 50-56. Deutsche Übersetzung*: Voigt, Enea Silvio III 102f.; Pastor, *Geschichte der Päpste* II 80f.; M. Mell, Enea Silvio Piccolomini. Briefe, Dichtungen, Jena 1911, 266-268. Englische Übersetzung: Oberman/Zerfoss/Courtenay, *Defensorium* 224-227. Regest: Jäger, *Regesten I* 316 Nr. 214 (mit Datum 18. Januar 1459 und Verweis auf ein angebliches „Original im Brixn. Arch. Lad. 3. N. 9. Lit. S“; also das Or. von Nr. 6382). Vgl. Watanabe, *Humanism in the Tyrol* 198f.; J. Helmuth, in: *LexMA* 4 (1989) 160; Bäumer, *Nachwirkungen* 137; Becker, *Appellation* 162-202; Walther, *Ekklesiologische Argumentationen* 309-317.

<sup>8)</sup> S.o. Nr. 6281 (1460 August 8).

<sup>9)</sup> S.o. Nr. 6222 (1460 Mai 19).

<sup>10)</sup> S. die Appellationen Nr. 6291 (1460 August 13) und Nr. 6347 (1460 September 9).

<sup>11)</sup> S. Anm. 7. In der Bulle waren Sanktionen für Appellationen an ein künftiges Konzil festgeschrieben worden, welche nach dem Ablauf von zwei Monaten ab Verkündigung der Bulle eingelebt wurden.

<sup>12)</sup> Vgl. Nr. 6291 Z. 128f.

<sup>13)</sup> Gregor Heimburg, wichtigster Wortführer Hz. Sigismunds in dieser Sache und Verfasser der Appellationsschriften Nr. 6291 und Nr. 6347. Zu seiner Sanktionierung s. auch Nr. 6371. Die folgenden Namen der Exkommunizierten sind den Zeugnissen in Nr. 6291 und 6347 entnommen.

<sup>14)</sup> Stefan Stainborn, Brixner Domherr und Zeuge in Nr. 6347. Zu ihm vgl. die nach dem Tod des NvK angefertigte apologetische Notiz in der Abschrift von Nr. 6382 in Bozen, Sta, Cod. 3 (*Acta Concordiae*) p. 156: Contra illum canonicum nullibi reperitur doctum ipsum testem fuisse appellationis ad futurum concilium, nec talem appellationem interponi audivit, nec in eam consensit, nec rogatus vel requisitus fuit nec ad videndum se talem vel fuisse ad hoc vocatum citatumque, vel defensus invenitur. Sed tempore suo docere potest notarium publice dixisse non dictum Stephanum, sed quendam doctorem de Basilea nomine Gemminger denotasse et scripsisse. Potest eciam dictus Stephanus docere familiares bone memorie d. cardinalis huiusmodi machinamenta prius eciam contra eum et eum excommunicatum denunciari fecerunt, ubi non constet de excommunicatione, sed multis annis eum ita tribularunt. An der Zeugenschaft Stefan Stainborns für die Appellation Nr. 6347 kann freilich kein Zweifel bestehen. Er sicherte sich bei dieser Gelegenheit die herzogliche

*Unterstützung für den Erwerb der Pfarrei Fügen, ungeachtet des päpstlichen Seelsorgeentzugs für das Bistum Brixen. S.o  
Nr. 6343.*